

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Disputatio Secunda De Religione Eclectica Seu Prudentum
ad Locum 1. Thessal. V.21**

**Hardtschmidt, Johann Nicolaus
Winter, Johannes Christoph**

Argentorati, 1705

VD18 11641991

§. 3

urn:nbn:de:bsz:31-105849

bo illam habere potest ac debet, jure adstringitur ad talem confessionem fidei, de qua *τοῦ θεοῦ φωνή* habet ex verbo DEI, illam veram esse. Quod vero *coactionem* autor dicit esse, quod officium vel vitandum, vel in confessionem jurandum, vanum est; nec illa coactio, de qua initio cap. autor locutus fuerat, à qua studio deflectere illum, suspicio haud immerito esse potest; ut suo instituto vocum ambiguitate serviret. Nec constantiam Christiano dignam, sed vertumno politico spirant sequentia: *Es ist eben dieses der Zwang: denn wosern einer ehrlich sich in der Welt durchbringen wil/ muß er wol dergleichen Symbola approbiren/ er sey gleich heimlich mit demselben einig oder nicht/ und ist dieser Zwang mehr als zu haren (dass man durch den Zwang nicht eben einen Zwang mit der Folsen verstehen muß) in dem mancher/ eine ehrliche Erhaltung für sich zu erlangen/ wol ein mehrers gewaget.* Ita scilicet religio temperanda est, ut in mundo honeste sc. vivas; hoc est Symbolum eorum quorum DEUS venter est, quique scandalum crucis Christi horrent & averfantur; & quis cogit talem approbare confessionem, cui in animo non consentit? sufficiens ne est medium persuadendi commodum hujus vitæ, an ne hæc coactio dura est? talis certe homo nec Christiano nomine dignus est, qui conscientia suæ in rebus fidei, commoda mundana præponit; sed huc scil. ducit & tendit religio illa Eclectica. Multos sæpe majora ausos spe lucri aut commodi mundani, non nego, hos autem recte fecisse, nullus asseret, nisi forte cui animo sederit diabolicum illud Machiavelli, *Religionem colito, non habero.*

§. 3.

Neque cætera melioris sunt nota, *Es wird dieses einem die Freyheit benehmen nach geschehener endlicher Genehmhaltung/ andere Sâß/ von welchen man ex post facto besser informiret worden/ zu wehlen.* Hoc enim effugium vanum est; aut enim confessio est verbo DEI congrua, sic libertatis illius usus nullus est; aut falsa, & sic in conscientia non teneatur servare, id quod contra fidem verbi divini, juravit.

§. 3.

E 3

Quod

Quod hac ratione scrupulum conscientiis injectum iri veretur, tam vanus est metus, ut nec metus speciem habeat. Objectum exemplum de Capitulat. Imperat. ego quidem Auctori non objicio jam, quod autem in applicatione scribit, die Symbola sind solche conditiones, welche die libertatem in der heiligen Schrift zu forschen/ und die articulos confessionis istius zu prüffen benehmen zc. malam auctoris causam prodit, quod supponit, eum, qui ad confessionem aliquam adstringitur, eam ante non legisse, aut examinasse, secumque perpensis an sit veritati divinæ congrua; quo casu temerarium & imprudentem hominem dicimus, qui tam levi animo juret de eo quod nescit: Si quis vero id ex verbo DEI verum esse recte cognoverit per *πνευματικὸν* à Spiritu S. ex verbo inspiratam, impossibilis casus est, ut deinceps hoc quod ita verum esse cognovit, falsum deprehendat. Neque hoc est sub humanam auctoritatem cogere homines, siquidem symbola ejusmodi nihil aliud sunt, quam norma quædam analogica & improprie dicta b. D. Dannh. Myster. Syncret. p. 49. *Ob multa quæ habent similia cum norma proprie dicta, habent auctoritatem, à veritate celesti dependentem, quam profitentur, ac suo modo dispensabilem. 2. Sunt norma non fidei, sed confessorum, qui Symbolo quasi ex compromisso subscripserunt. v. l. c. p. 157. sq.*

§. 4.

§. 4.

Ut vero obtineat autor quod de Symbolis dixerat, occurrit objectioni sub finem p. 4. quod Symbola juxta Scripturam formata; concludit autem: Weil sich alle Symbola hierauff beruffen/ welche doch sehr differiren/ ist es nicht wol möglich; es wäre auch viel sicherer daß alsdann die heilige Schrift selber/ und nicht die Symbola oder dergleichen Bücher beschworen würden. Ubi id quidem dicimus esse simpliciter impossibile, tot Symbola ab aliis proposita quæque in contradictione versantur, esse vera simul & cum Scriptura convenire; non tamen inde sequitur E. nullum propterea Symbolum vel scribendum, vel subscribendum ulli, sed soli Scripturæ: sed hoc inde recte sequitur, ergo Symbolum juxta Scriptu-

Scripturam e
li circa Scri
opus foret in
Scriptura spa
cernantur; q
bolum quod
non impedit
tius ad illam.
gloriantur, id
Proinde nec l
5, 21. de quo
examinentur,
illis subscribat
credendis, in S

Quod ait
approbatum eig
adit, nulli se
quasdam theses
credendis omni
Id vero pejus
Epist. ad Thell
ritana religio p
dosen Religion
Paulus solches
dosen Religion
Amon enim,
infidelibus du
nihil de aliis
Apostoli reliq
velis, ut si veli
admodum &
quamvis non
ethnicz, id t
est, cum ver